in rapinam gentib; neq bestie terre
deuorabunt eos. sed habitabunt
confidenter absq ullo terrore. Et
suscitabo eis germen nominatū.
& non erunt ultra imminuti fame
in terra. neq portabunt amplius
oppbria gentium. Et scient quia
ego sum ds dns eorum cū eis. & ipsi
populus meus domus isrl. ait dns ds.
Vos autē greges mei. greges pascuae
mee homines estis. & ego dns ds
uester. dicit dns ds.
ET FACTUS ē sermo dni ad me dicēs. 37 I.
Fili hominis. pone faciē tuā aduer
sum montē seyr. & pphetabis de
eo. & dices illi. Hec dicit dns ds.
Ecce ego ad te mons seyr. & extendā
manū meam sup te. & dabo te de
solatum atq desertū. Urbes tuas
demoliar. & tu desertus eris. & sci
es quia ego sum dns. Eo qd fueris
inimicus sempiternus. & concluseris
filios isrl in manu gladii in tem

ego sum dns. Eo quod dixeris. due
gentes & due terre mee s̄. & he
reditate possidebo eas. cum dns
esset ibi. ppterea uiuo ego dicit
dns ds. quia faciam iuxta irā tuā.
et secundū zelum tuū quē fecisti
odio habens eos. & notus efficiar
tibi cū te iudicauero. & scies quia
ego sum dns. Audiui uniuersa
oppbria tua. que locutus es de
montib; isrl dicens. deserta nobis
data s̄ ad deuorandū. Et insurrex
istis sup me ore uro. & derogastis ad
uersum me. Verba ura ego audiui.
Hec dicit dns ds. Letante uniuersa
terra in solitudinē te redigam.
Sicuti gauisus es sup hereditatē
domus isrl. eo qd fuerit dissipata.
sic faciā tibi. Dissipatus eris mons seyr.
et idumea omis. & scient qr ego sū dns.
TU AUTEM fili hominis. ppheta sup
montes isrl. & dices. Montes isrl.
audite uerbum dni di. Hec dicit

Göttingen UB. Theol. 508

Göttingen UB.
Fragm. Karten I Fasz. I
508